

didum. Si scit inimicus te percelli ; quia fecit, faciet : ut ergo cohibeatur, vel potestas, vel voluntas commodius erit, si acceperis iniurias, non ulcisci, sed gratias agere. Qui enim vindicat, sentit : sentiat lædens, quod non sentias, dum agis gratias, tunc enim prævalebit industria ultionis. Si ulciseris, cades : igitur timorem transfers in pectus, quem habebat inimicus.

11 Persecutus Davidem ausulta. *A timore inimici eripe animam meam.* Sic igitur clamabat ad Dominum, *Contra calumniantes*, observat Genebrardus hic. Singularis prorsus deprecatio. Si anxius inimicorum insultus patitur, & penè defessus tricarum onere usque ad terram posternitur ; oret liberari à timore, quem sustinet vexatione malignantium, non autem quem non perfert à timore inimicorum. Inimici non timeant : haud facerent, si timerent. Timet lædendus, non læturus. Quis enim horum habet in ultione metum ? Timet qui offendit ? Timet, ut pateat facinus ultionis effectus formidinis. Qui iniuste in aliquem insurgit (cùm ex insultu propria libretur aliena) habet metum illius ultionis, quem affectit iniurijs : & David non exposcit eripi à proprio timore, sed *a timore inimici* ; quoniam torquetur igitur ultionis cogitatione, suspicando haud leviter læsum posse vindicari. *A timore inimici*, quippequàm lædendus timet in ultione, ledens ex ultione.

Dare penas pro calumnijs, vel patienti placet : siquidem dolore levi liberatur à timore. Apex cruciaminum est formido dolorum : & intimè pungit vexationibus affici, & posse ulcisci. Ratio ad manum est. Lædens in similitudibus expræsit malignitatem, unde, & necesse est ; ut timeat retributionem. Semel fecit, & semper timet. Sufficit, est nesciat offensum pro acuitate tormentorum, cogitare fuisse læsum : & ab huiusmodi timore orat David liberari ; quoniam vehementior est dolor, quem inimicus perpetitur, non patiendo ; quam quem accepit innocens, & læsus ab inimico. Productior est pœna, quam iniuria. Lædens semel fecit, & læsus semel sustinuit. Semel improbus fecit, & semper timet : acrior igitur pœna, semel facere, & iugiter corripi.

Causam affert persecutus Propheta. *A timore inimici eripe animam meam.* Non vulnera ex inimicis timet, sed vulnera inimicorùm ex timore, quo ita fauciatur animus ; ut pertingat, ubi non accedit vulnus. Si vulnera renueret ex inimicis, eripi corpus ab eorum incurfibus postularret : & non corpus, sed animam exigit liberari à timore perse-

quentis inimici ; siquidem cogitatio illatae iniuriæ ita cuspidè timoris fauciat, ut dolor vulneris animi usque ad animam pertingat.

12 Nota modò supplicium. Abelem Cainus interfecit. Scelus celavit, quasi Deus nesciret. Cui pro pœna vindex Dominus, *Quid fecisti ?* Hæc est sententia ? Et gravis : æquaque pro qualitate criminis. Offendit perduellis, & apud iudicem offensiois notitia proponitur pro sententia : siquidem vehementer supplicium, scire offensum. Potenter pœnas dabat, ubi sciebat scire, qui ulcisci poterat. Subdit reus : *Ero vagus, & profugus.* Alij apud Haye hic : *Pavens, & tremens.* Haud vindex in sententia à vivente subtrahit mortem, dum incusit formidinem. Quò fugis miser ? Quæcumque inviseris oras lub love semper. Sufficit pro cruciamine, cogitare esse lub love. Te lædentem, & illum vindicem. Cognoscere offensam, & ignorare vindictam. Semper timere, & nunquam mori ; ut moriaris quoties times. *Tremens, & pavens*, ac vivendo moreris : igitur tibi iugis stimulus, scire, offensum iniuriam ulcisci posse ubique, & te ignorare non posse : inferre ubi placuerit, & te perducentem haud comprehendere ubi. Ecce viva mors. Vult ulcisci, verum nescies, quando vult.

13 Intentum David in orationis conamine perferendum. *A timore inimici eripe animam meam.* Quid hoc intendit, dum inimicos, & calumnia tores fugit ? Ni fallor, ut illum Deus arceat in possessione regni ab inimicorum simulantium ultione ; ne in vindictam pronus cõratur, cùm ad fastidium perveniat : minimè quia sordidum Principi, privatas iniurias vindicare, sed ut liberetur ab inimici timore. Qualis, & quænam timor in solio ? Iusta ex ultione formido. Qui quis alicui nocet, meritò timet ; ne dum possit vindicari, quasi extinctam, ulciscatur vexationem, habens opportunitatem. Qui connivet erga iniuriam, auget inimico pœnam, scienti animum offensum, verum insultum. Timet lædès illata iniuria, & prætermissa vindicta eruditus à conscientia : unde David pro non vindicari, postulat eripi *ab inimici timore* : etenim timorem, quem habebat ex iniurijs inimicis ; ultus iniurias, læsus transportat in pectus.

14 Astipulatur acuminè Sacra pagina. *Timorem eius ne timeatis* : ait Iudas. Scilicet literalem huius periodi, & hinc similitam exposuimus in *Prolog. Galeat. §. 4. nom. 10.* Modò tropologicè explicandum, quid sit timorem timere ? Timor non timetur, sed timetur quòd timorem incutit, ad cuius amaritu-

Psal. 63. 2. Geneb.

Torquetur qui inuriam fecit non qui sustinuit.

Timor nō inest læso, sed inimico.

Cuius transigi- tur anima

Gen. 4. 10.

V. 14.

Hay.

Ferrens suspensio offensam non latere offensa sum.

Mortem timore, & non mori.

Ubi sup. Timor, quem habet lædens ex illata iniuria, habetur ab offensa ex vindicta.

Itai. 8.

12. Quid est timere timorem?

ritu.

Ex offensa oritur in offensore timor vindicta.

Ter. 11.

36. 1. Machab. 9. 42.

Vindicta ultio si non indulgetur offensa.

Senec. Invidia cogitatio plerumque la dicat.

Augu. Nota ovipice simi li.

ritudinem, vel impavidus pavet. Si timor timetur, iam non timor, sed incommodum : etenim ex cogitato incommodo oritur formido ; non autem ex formidine acerbum, quòd refugit ne noccat, condicio utæque animalium. Quid igitur inavit Evangelicus Vates dicens : *Timorem autem eius ne timeatis ?* Faxò expositio. Injuriam ne vindicetis : igitur cùm ex offensa oritur in offensore timor vindicta ; timorem timebitis, ni iniurias prætermittatis siquidem timidi transeunt in catalogum timendorum, dum vos læsi, & ulsi in numero receptissimi lædentium.

15 Hoc etiam potendit, ubi dicitur tùm *Ieremia cap. 51. vers. 36. Ego iudicabo causam tuam, & ulciscar ultionem* : tùm 1. Machab. 9. vers. 42. *Vindico verum vindictam.* Non iniuriam, sed vindictam : non simulatam, sed ultionem. Iniuria vindicatur, & illicò ex vindicta subrepat timor. Clariùs : Iniuria parit vindictam, vindicta formidinem, formido vitalem metum : quapropter, qui vindicatur de violatore retributionem timente, illum levat, & se fauciat : igitur qui viadicatur, qui vindicatur, suspitionem habet læsus & ultus, quam habebat adversarius. Unde hic subdole ingens conscientia formidinet, ulciscitur insultus sine discrimine ultionem. Ergo ultio erit volutaria pœna. Non ita pungit acriter suscepta iniuria : potissimè eam cogitat, & sinit merè cogitationes, ludicra, parvi momenti, tollenda ex animo suspitio, & coniectura, fallacissima irritamenta (ait Seneca lib. 2. de Ira, cap. 24. *Ille me parvum humanè salutavit : ille osculo meo non adhaesit : ille inchoatum sermonem citò abruptit : ille ad cenam non vocavit : illius vultus averter visus est.* Ex his sequitur : *Ergo fastidit, aut odit.* Perperam sequitur : & videbis quam distorte, dummodo te ipsum colloces ex alia parte.

DIDASCALIA XXII.

Melior est modica amaritudo in faucibus, quam aternus cruciatus in visceribus.

1 **T**estatur S. Augustinus lib. de *Dr- cem chord.* Virus oculum servat in corde transgressor legis. Ni expulerit, aberit vitalitas cordis ; quippe mortus est apidus. Vomica gignitur, & amarissima intra vitalia lethali qualiter noxa. Vel propulsabit vitam, vel propulsabitur. *Copite tubo- Tom. I. Taut.*

re à confessione usque ad os amaritudo ducitur, & patet amaritudo dulcis, vel in acerbitate confessionis ; quoniam suavior est amaritudo etiam absinthiata in faucibus, quam cruciatus levissimas in visceribus. *Initium est salutis notitia peccati.* Non periclitarentur laborantes pleritide ; ni sanies intra pectora lateret : quæ quidem prius (membranam rumpens) sedem tangit vitalitatis, quam exitum oris. In peccato vomica voluntaria est : ergo dirigatur per confessionem ad oris exitum, ne punctus extingatur dolore laterum, & deficiat (qui desideratur) dolor cordis, & deficiat pectoris. *Initium est salutis notitia peccati* (ait Seneca *Epist. 28.*) *Egregie mihi hoc dixisse videtur Epicurus : nam qui peccare se nescit, corripit non vult. Deprehendas te oportet, antequam emendes : ideo quantum potes, te ipsum coargue, inquire in te, accusatoris primum partibus sanguere, deinde iudicis, novissimè deprecatoris. Hæc & Ethicus. Succinit Ovidius causam acu tangens, ita enim de Myrrha canit, lib. 10. *Metamorph. Fabul. 9.**

*Numen confestis aliquod pater.* De quo ipsa gravata crimine prius dubitabat, exclamans preffa seelere.

*O si qua patetis Numina confestis, merui, nec triste recuso Supplicium!* Igitur qui vult corripit, haud intendit exinde peccare. Adest ergo Numen conscienti ex corde crimen.

2 Morti obnoxius eris, dicitur Adamo, uti vidimus : Alij *Mereberis mori.* Vide Versiones in *Exposit. liter. num. 28.* Confitere, ne moriaris. Sanè crimina defenduntur ; ubi peccatores, ut criminosa non confitentur : à se quippe perperam removebit peccatum, qui non confiterur eum. Morte absidubie Adam morieris, ni transgressionè legis confitearis : quandoquidem morieris propter culpam, & etiam morieris propter perverciaciam : propter culpam, qua transgressus est legem, & propter perverciaciam, qua descendit crimen. Morte morieris, si peccaveris. Vomica enim fit intra viscera, peccando : inest remedium, nimirum expulsiò : nisi confessione usque ad os & pus deduxeris ; morte profectò morieris. Confitere, ne moriaris : etenim dummodò è pectore voluntariè non expellatur lethalis vomica, expelletur pro vomica vita. Amarefcit in ore : amarefcit hoc habet dulce : & ne serpat malum, dum cor queritur affectum, ac nec potum virus amarefcit in visceribus, diluatur in faucibus.

3 *Mors, & vita in manu lingue* : Testatur Salomon. Ab uno sermonum fonte pro-

Senec.

Initium salutis notitia peccati.

Idem : Accusator sui, index ac peccatoris nulli debet esse, ut probe vivat.

Ovid.

Senec. 2. 17.

Potius irritat de- fectio criminis, quam pertratio feceris.

Prover. 18. 21.

Nna 2

CC

cedunt opposita, & ita opposita: ut sint spicula diræ mortis principia vicalitatis. Per peccatū vulnus letale infligitur cordi, quod quidem est signum animæ moribundæ: & mors, & vita dicuntur esse in potestate terminis; quia ab illo pendet origo infirmitatis, vel salutis: igitur uti in confessione ægri loquuntur: vel vivere à vulnere, vel morientur: vivent, quippe coram medico, & Dei nuncio, aperto vulnere, nãntiæuntur salutem: & interibunt; siquidem obrecta cordis vomica, anælectuntur ultrò mortem.

Ore confitetur ad salutem.

Plin.

Hand obtinetur sanus, nisi abditum vitæ egerit diæter salutem.

Ab 3. 5. 10.

Zachar. 11. 9.

Non moritur, qui se mortuū confitetur.

naverunt in te mala exclamavit ad Dominum Plates Regius, dum alibi infirmus. Abyssus abyssum invocat: abyssus scilicet malitiam abyssum clementiæ: abyssus humana fragilis conditionis abyssum summa divini pietatis. Declinaverunt mala, ubi sunt bona. Declinaverunt hominum labores, ubi immutabilis requies. Declinavit & pena, ubi invenitur præstabilis medicina. Declinaverunt denique criminum multiplicata infirmitates, ubi erat, præerat, & proderat Deus salutis.

Plal. 20. 22.

Animarum medicina Deus.

Plal. 99. 3. 4.

Parte pietatis iacta portæ confessionis.

Deus se respicit, ubi hominibus parçit.

Nemo potest in se non esse.

37. *Os primum mori, & cor novissimè.* Adhuc est in corde spes salutis, modò hæret lingue aliquid facultatis: verum cor obdurebit, si lingua tacet. Haud in infirmitate proclive salus animæ obinetur ab infirmo, cui necessaria intimatorum vulnerum manifestatio; igitur perperam sanies apostematæ propulabitur, ubi osium oris occluditur: com minime cupita obinetur sanitas, ni cordis vitæ egrediatur foras. Cor est sedes vitalitatis: signum vitalitatis facultas sermo: nis: infauita. siquidem videtur tors illorum, qui nolant salutem; eò quod nolant conlitter infirmitatem. Profecto cor morietur, dum lingua ad expressionem doloris cordis pro libito moçetur. Sanè infelix (inquam) eorum; qui sicut Ananias, & Saphira obnoxij sunt morti, peccata negando; dum alij levantur ab infirmitatibus gravitate, consistendo. Mors planè, & vita sunt in manibus linguæ renuentium, & accedentium confessionis: quandoquidem vita occurrat contentibus, & mors negantibus.

4. *Quod Moritur, moriatur,* dixit in reprobos immedicabiles, secundum multitudinem iniquitatum suarum expulsos; ac in desideria cordis dimissos, Amor divinus illorum mores pertusos. Nilil enim facilis, quin amor recrudescit; igitur in contraria, vel invitæ transit. Perpende: *Quod moritur moriatur.* Necessè est ut mori cedat, qui succumbit: ergo qui moritur moritur. Neutiquam: vel stomachosus relacet amor. Quod moritur moritur: verum enim à pietate vivificabitur. Moritur homo peccator: & non moritur; quia salvus erit, qui se mortuum confitetur. Inest vulnus in crimine, sed altius in oblivione. Haud desperato desperato infirmus, sed vulnere obliviosus. Non qui agnoscit pectoris profundissimam plagam, sed qui cogitat inutiles medicum, & medicinam: moriatur hic, qui nesciens moritur: at qui crimine moritur, si aperuerit, non morietur: morte siquidem moritur, qui crimen non confitetur. *Declin-*

5. *Scitote, quoniam Dominus ipse est Deus: introite portas eius in confessione.* Inquirendum Vates, ut ad bonam irugem revocentur sanati homines: igitur in signum præsentatiæ salutis, patent viscera divini pietatis. At quomodo patent? *In confessione,* testatur. Confessio est vulnere, quæ consecerunt stimuli criminum, quæ offensa summa bonitas, & ultrix maiestas: quomodo invitat Plates ad confessionem scelerum, claudicantium flagitiorum, & cordis humani lubricantis motus; *Quoniam Dominus ipse est Deus?* Malestas designatur, ubi venia poscitur: ludicet igitur pectus amore potius, quam cuspidè faucium: quòd minime despiciat cor contritum: quòd recedat, quia pulvis fumus, & levis; & raptus vento levioris occasio: ceterum ostendere iudicis maiestatem contentibus crimen? Et perquam aptè: igitur introcunibus in tribunal per portas salutiferæ confessionis, cunctis aperit clemens portas pietatis.

Nemo nisi Deus mederi animabus potest efficaci medicamine gratiæ; modò homines studeant medicina diligentia. Haud convalescimus, quia peccatorum vulnera insensati nescimus: & monet David, Deo, quia Deus, confiteri crimina, animarum lethalia vulnera; non solum quia per solam confessionem, vel desperati consequentur salutem, sed quia in vulnere difficili curatione, ipse Deus operabitur ut ipse, Hispan. *Obvra como quien es.* Homines offenduntur confessione iniuriarum, quantum penitent criminosos scelerum; Deus duntaxat sese respicit, dum inimicis ignoscit: igitur si homines ita ingratos respiceret, nulli parceret: quapropter David ad confessionem criminum iactat, quæ ad infirmos ut salutem restituantur, spectat: igitur si Domino congruè ulcisci, & Deo mederi; confessione præmissa, quantum abditus, Dominus ipse est Deus: indulgebis quidem iuxta conditionem innatam clementiam, quin hominum respiciam pervicacem militiam: introibunt profectò in atriâ salutis, transeuntis por-

tas confessionis: quippequam si ipse est Deus, estis ostentus ab homine; supplicii parceret taxò, quia Deus ipse. Vernacula lingua vigilantius per idiotismum, seu vivacem dialectum. *Porque Dios, hebra la confessione, obra como quien es, solamente porque es Dios.*

Ioan. 5. 6.

Obliviscitur criminum, memoretur peccata.

Patet pietatis portæ confessionibus scelerum.

Joano. 29. 34.

Nunquam obstruatur iustis ostium amoris.

luceat ubi cor in vulnere nitet: igitur quantumvis alta portæ claudi possint (si possent claudi) benignissimè pietatis; haud claudi potest in qua ostium amoris.

8. *Decantatisibus est iactus filij viduæ Naim* apud sacros concionatores, tanquam index flagrantissimæ Christi in homines charitatis. Præcipuè tublatus flos ævis, quasi in herba interijt, virente pulchritudine juvenentis. Non mors obvia, sed vita. Inflexo feto celsit, sed revixit. Semel loquitur Christus; & resedit, qui erat mortuus. Quoties & sine voce loquitur, & non auditur? Corda frequenter inspirationibus pulsant, & obdurentur fauce humana corda. Multoties auditur vox dilecti pulsantis, & minime audit auris audientis. Vocat Spontæ surrexit, aperuit & pessilium ollij. Coruscant cuncta diligentis insigne. Surgit, obicem tollit, & ostium pulsantem aperit. Perplures lupidi, an loquatur Spontæ, necne, meditantur abdunt. Alij vocem audiunt, verum non surgunt. Alij denique audiunt, & surgunt, ceterum nãe pessilium referant, nec ostium aperimus; nec contemplantur vicis difficultatibus, quòd pessilium affectus, vel passiois levisimè entitatis, est causa obicis ingressus Spontæ ad salutem animæ. Consultus Gregoriam Magnam hic, Richardum à Sancto Victore, cap. 35. in *Cantico*. & N. Benedictum Hartenium, in *Schola Cordis* lib. 1. lect. 10. Resedit, qui fuerat mortuus, quantumvis audiant vocem Filij Dei. Mortui dicuntur, qui gravioribus peccatis obnoxij: viventes, qui ventalibus obstricti: & non isti, sed illi audiunt; siquidem in regnum Dei publicani, & meretrices præcedunt: igitur facilis, opinione Bernardi, sæcularis de malo transit ad bonum, quam Religiosus in perfectiorem statum. *Resedit qui erat mortuus,* illic ut locutus est Christus. Quid dixit illi? *Adolescens, tibi dico, surge. Tibi,* ut surgas corpore: nobis, ut surgamus mente. Nobis in illo præcepit, ut vel ad primam vocem evigilaret animi. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.

Deus sepe loquitur, & non auditur. Luc. 7. 15.

Cant. 5. 6.

Peccator surgens ad vocem vocantis. Ad hoc, obicem tollere, & coram peccatore non stare.

Religiosorum ostium vultu non ubi iuste.

9. *Proposito respondeamus.* Adolescens hic significat hominem gratiam mortuum, corpus ferretum, portitoris cupiditates, & sepulchrum barathrum. Sic Venerabilis Beda, Theophylactus, & Cornel. Alap. hic. Si hoc relucet symbolum perditii peccatoris, intendamus ergo in expressionem divini pietatis. Egrediebatur defunctus, cum Dominus appropinquaret portæ civitatis. Inopinatum quàm fortitò videretur turbe, quod propositum clementiæ: operatio quidem de prompte intentum amoris, & studium

B. d.

Theophyl.

Alap.

atque diligens vigilantioris pietatis: siquidem cum quasi cadaver desideria ducerent illum in barathrum; pietas divina egreditur in occursum. Haud operitur in felicitatis vocem, ut infelix adificatur levamen. Non queritur: ipse querit: antequam invocetur, ecce adest: & ita opportunè in signum benevolentia; ut in ipso instanti voce Domini adolescens coherceretur, quando ab ipsis cupiditatibus in sepulchrum defunctus efferebatur.

10. Claret praestantia gratia in huiusmodi cadaveris portatione; ubi ipsa blandimenta, quae desideria portant, vel desideria praecipitant. Ne occurreret gratia labanti naturae, laboraret; ubi surgere non posset: & ne lenocinio voluptatum allecta, seu potius illecta praecipit rueret; lubricantem in discrimina misericors tetigit.

Præterea. Appropinquavit Christus, & ut tetigit loculum; defunctum qui portabant, steterunt. Patet efficacia potentis gratia, vel coram malitia noxæ: igitur etiam veloces pedes volantium voluptatum, præsentem Domino, immobiles steterunt. Hispanica dialecto lepidè: nimirum, *Detuvieron su curso los apetitos, teniendo a Dios delante de los ojos.* Quid ergo dicemus, ubi audax hominum pervicacia, nec Dominum reveretur in Ecclesia? Ubi labijs honorat, & corde vulnerat? Ubi sacrarium miserationum prostituit in obsequium iniquitatum?

11. Tetigit loculum Christus, & tado corpore, rexit animus. Languet interdum corpus, ut animus illius doloribus convalescat; verum frustratur arbitrium, & in corpore languido mens ægrotat: apotheca medicaminum exhauritur, cum huiusmodi consilium in cassum stabilitur: siquidem nec lectu, nec molestia infirmitatum, anima sensitiva vulnera sentiunt. Loculum tetigit, & adolescens revixit, & resurrexit. Luctus enim in gaudium transiit, ubi mortuus animus singulari vocationi respondit: ceterum excitat ætatem, & planctum, ita videre fecundiam desiderium hominum; ut deduci permittant à patris ionibus in sepulchra, quantumvis Deus tangat, & intime pungat corda.

Uterius. Illic ut resedit defunctus adolescens super loculum, *Dexterâ suâ cum Christus in prædes erexit* (opinatur Alapid. hic) ac è loculo descendente duxit ad matrem. Resurrexit, quia respondit. Scelera iuventutis propellebant pectus, deducebant in sepulchrum, deferebant in infernum, ubi nulla spes reparationis: intendit Christus hoc in articulo, ostendere cunctis abundantiam pietatis: & ne quereretur praecipit de oblivione, qua digna culpa, eò quod nemo la-

benti auxiliaretur in pœna; non solum obviat removens desideria periculum, sed ut ad rationem genitricem rediret, extendit manum.

12. Denique. Plorabat mater, quia filius unicus devotus Patris, & in flore iuventutis, quem ad sepulchrum comitabatur, vel ut paulo plus viveret, vel ut citius moreretur. Comitabatur in sepulchrum mater orba, & vidua: sed quora hora? Serò arbitratur Novarinus hic. Vespere, prima nocte. Ecce claret in tempore arcanum, ut amplius praestitum coruscet auxilium. Cum pallium obducitur nigra noctis, clauderentur porta civitatis, ne hostis ingrederetur loco municipis. Cum Civitatis portæ appropinquaret Christus, adolescens efferebatur mortuus. Defunctus usque ad portam pervenit; quando Christus ibi apparuit. Pervenit mortuus, & serò; sed licet serò, & mortuus pervenit homo: dummodo penitentia mater vivis lachrymis comitetur, pietatum porta clausa non invenitur. Implicat adesse penitentiam, & portam clementia clausam. Apparuit qui efferebatur lachrymis defunctus, & Christus statim misericordia motus. *Noli flere*: dixit matri. Si fles, noli flere. Potens est lachryma, & illico aperietur pietatis porta. Clamare ad homines, nihil aliud est, nisi impenduntur vocum, & frustratum auxilium. Expenditur pretium roris, & praestat angustia necessitatis: apud Deum dolor cordis potens, fletus valens, contritio prævalens, & vox sine voce viscerum argens: cumque voluntari (ne homo, estsi perditus pœat) medicatrici penitentia accessisset instantia; iudex medicus misericordia motus appropinquavit, & desuper adolescens resurrexit. Parva quavis serò videtur porta, quæ nocte esse debebat oclusa. Si porta clauderetur, adolescens periret: & in signum dilectionis & salutis furrexit, cum Medicus appropinquaret portæ Civitatis.

13. Hic qui offensus sic se habet, & alter criminiosus: igitur placet esse intemis vulneribus ægrum, ne se consteatur vulneratum. Scit Medicum haud curare vulnera, nisi ab ægrotato detecta, & inquirat sanus salutem, & oculis prospicienti lethali infirmitatem? Si scit medicum scire, ad quid prodicit celare? Pudor vigeat in contentis, & a fugit sceleribus parandis? An quia revelat auriculam hominis? Intendit, Ut factis initiaretur Aarôn, sic praescribitur: *Sumes de sanguine (victima) & pones super extremum auriculæ dextræ, & super pollicem manum.* Per manus opera, per aures designantur verba: & dum homo consecratur in sacerdo-

Ubi homo cor mihi scribitur occurrit.

Et accurrat.

Vers. 11. Frastat effe coram malitia.

Peccator è morte surgit, si vocati ei respondet.

Alapida Ut fugiat periculum, clementia porrigit manum.

Novari: ostia misericordia aperit virtus penitentia.

Vers. 13.

Quam in Deum propterea laetatur peccator?

Facili è calculo conssionis.

Exod. 29. 204

LEU.

rem, sanguine tingitur super manum, & aurem: siquidem in confessione nihil audimus, præter quæ gestimus; vel quæ facere possumus eadem fragilitate plasmati, & malitiae proximi, ni protegeremur scuto gratia. Quæ fecit homo, faciet & homo. Cur ergo ut novum erubescer confiteri, cui nihil novum? Haud causa subest, maxime cum peccatum occultum manifestetur, & apertum in confessione occultatur.

14. Haud quaquam legitur in transgressionem Adami terram clamasse, secus verò in perfidia criminosi Caini. Si ratione peccati, non ita grave perduellis filij. Hic perfectus innocens, ille se & non proicit in ruinam. Quare si vel cicatricis simulationum vulnera olentant (ut vultus crimina prodant, & cacutientes videant) Adami patris subtricitur culpa, & in filium *Sanguis clamat de terra*: In promptu causa. Adamus transgressus est legem, verum confessus est crimen. *Comedi*, ait. Cainus, vel à Iudice convictus, pervicaciter negavit scelus. *Nescio* inquit. Qui mirum, quod terra clamat? Abditur pravicatoris Adami peccatum, & perduellis Caini revelatur flagitium; ut constet cunctis peccatoribus, quod non confessa crimina clament de terra. Dicitur, saxa & parietes loqui, ut homines loquantur caute. Haud (siquidem in vacuum non ibit) sermo hyperbolicus, sed operationum clandestinarum eventus.

Patet ex contextu. Maledixit Deus terræ in peccato Adæ, & minime in errato Caini. Quare hoc in articulo (inquires) absolvitur, & ibi maledictione damnatur? Pugnat orbis terrarum contra insensatum peccatorem, divinam lethaliter transgredientem legem. Terra quia Adamo propinqua erratum sigillat; & filij crimen & in illum clamat. Modo quo potest incumbit denunciare, ne flagitium aliquid relinquatur impune: & subest merito sigillata iniquitate, & pœna maledictionis; cum deberet propalare tantquam testis.

15. Nihil est occultum, quod non reveletur; nec ignotum, quod non sciatur. Huius veritatis umbra patet in lepidula fabula. Mida, quia suaviorum rustica aure iudicavit Panis symphoniam, quam Apollinis lyram; hic humanas aures mutavit in asinas. Rescivit servus, nec sustinere potens sub pectore risus (querela frequens Principum, & conditio famulorum) quid? Decantat Ovidius *Metamorph. lib. 11. fab. 5.*

*Viderat hic famulus: qui cum nec prodere visum*

*Dedecus auderet, cupiens offerre sub auras,*

Qua homo fecit, facies, & homo.

Genes. 4. 10.

Cap. 3.

11.

Vers. 9.

Non confessa crimina prodant terra.

Maledictur, dum recondit.

Auriculae asinae in Mida, quid?

Ovid. Silentium in servitio miraculosum.

*Nec possit reticere; tamen secedit, humumque*

*Effodit, & domini quales conspexerit aures, Voce refert parva, terraque immurmurat hauste.*

Dispaluit defectus, qui utpotè terræ creditus, iudicabatur sepultus. Ita plerumque contingit, cui placet magis rustica harmonia terrenæ voluptatis, quam consona lyra legis. *Auriculas asini quis non habet?*

Dicam cum Aul. Persio *Satyr. 1. idest*, quis non errat? Quiescit, qui committit scelera, quasi nulla commissionis remaneret vestigia. Quiescit, quasi non esset scientia in excello, & altor qui testis in Olympo. Scit terra, & sufficit. Sepelitur crimen: hifcitur. Subtegitur: clamat. Quid ultra? Sat opinor esse, ut pateat; quod crimen fiat.

16. Peccavit Moyses Aegypto inferendo necem; uti autumat August. lib. 22. *contra Faustum*, c. p. 70. & alij: at S. Doctor ductus auctoritate Stephani Act. 7. 25, in lib. *quæst. in Exod.* Contrariam sententiam probabiliorè iudicavit. Percussit Aegyptium quemdam affligentem Hebræum; & cadaver abscondit in fabulo, ne homicida fieret ex e daverè quaestio. Die proximo audivit è fratibus quandam sibi dicentem: *Non occidere me tu vis, sicut heri occidisti Aegyptium*: Expavit Moyses, & ait: *Quomodo palam factum est verbum istud? Quomodo*, nota admirationis est. Quid mirum? Audivit, quod fecit. In fabulo abscondit corpus mortuum, sed non homicidium. Factum arenæ credidit, & illa clamavit. Nemo scit: sat quod terra, ut clarent crimina. Caute hominem interfecit, igitur dicitur: *Cum circumspexisset hunc at illic, & nullum adesse vidisset.* Nullus adest: quis ergo dixit? Crimen quod fecit. Si admisit crimen, miratur vulgari in lucem? Satius in mundo novum, quod non clamaret delictum: igitur insunt voces, vel sepulchro iniquitatis.

17. Ipse sibi in ipsa interrogatione respondet. Intende. Lethaliter percussit Aegyptium, & ait stupens: *Quomodo palam factum est verbum istud? Quodnam verbum? Homicidium? Non hoc verbum, sed factum: at peperam factum: ipsumque inhibiturum factum vocat verbum; quoniam ut enunciatur absconditè commissa crimina, in ipsis etiam criminibus subsident verba. Ni loqueretur vox criminis; haud diceret Ifaías: *Peccata nostra responderunt nobis.* Scelera nostra nobiscum: quomodo in sceleribus erit secretum? Quot artes, involucrique scelus occultissimum circumstant; tot linguæ clamant, totidem ora sonant.*

Pers. Vel terra loquitur, quæ illa teste patra tur.

August.

Exod. 2. 14. Nullum peccatum, vel silentio creditum, in auditum.

Vers. 13.

Insunt voces, & arcano iniquitatis.

Peccatum dicitur verbum.

Ifaías. 59. 12.

Deli.

Iosue. 7. 21.

18 Deliquit Achan in diruptione Civitatis Iericho. Vidi (ait) inter spolia pallium coccineum valde bonum, & ducentos scilos argenti, regulamque auream quinquaginta scilorum, & concipiscens absuli, & abscondi in terra. Sciebat se moriturum, & subripuit pallium purpureum, in signe regum. Modò regnem, interficiat: Dicebat quidam in Sicilia, esse Plutarcho in Apophthegm. Hæc est conditio superbæ humanæ: gloriam præponit vitæ, & in cacumen conatur ascendere, licet agnoscat præcipitem Iri. Solem Iosue fecit Icare, ne procederet; & huiusmodi ambitum haud potuit coercere, ut saltem sifteret.

Plutarc. Ambitus humana conditio nis indidivuis comer.

Sceleris fidentium dicax.

Peccavit Achan: furata in terra abscondit, & non abscondit in terra: igitur coram oculis enunciatum sacrilegium, quod cogitabat cum subreptis sepultum. Haud sepelivit crimen; ubi recondit infelicem supellectilem: unde cum illud vagaretur per aëra, illud designavit quæ erant sepulta. Per regulam indicatur lex: pellum dedit furto legem, & patuit omnibus crimen: parum est ut figilletur sub silentio vocis; ubi loquitur clamans sepulta regula legis. Clamat? Utrique.

Hebr. & Græc.

Regulam auream subreptam consiterit criminis reus. Linguam auream, legunt Hebræi, & Græci. Quale igitur vinculum inter linguam, & regulam? Regula legis subripitur, dum peccatur. Peccavit Achan gravi noxâ; & pro regula legis, legitur lingua: siquidem quantum libet occultum, quodlibet crimen, linguâ habet, ut decantetur per orbem. Linguâ quique scelere cõstruit, ubi illud astruit: idem est amplecti crimen, ac ipsum crimen adhibere telum. Haud valuit abscondere, quod abscondere valuit: & linguam dicitur sibi fuisse, ubi decrevit sublata meditante abscondere; quippequam sigillatiorum iniquitatum pravitas in loquaces convertitur repente linguas. Atulic, & abscondit Achanus pallium purpureum, sed nequivit dilectum nancisci pallium: nam secum linguam portabat, quæ signabat quæque abtulerat. Unde dum minere silenter intendit, calore sentit in augmentum scelera peccator fovet.

Inest peccato lingua.

Linguam emittit, qui suavitatem diligit.

19 De iniquis Israëlitis queritur Do-



TAUTOLOGIA SEXTA,

SUB VIRI POTESTATE ERIS, ET IPSE dominabitur tui.

Genes. 3. vers. 16.

EXPOSITIO LITERÆ.



THNICI Primam feminam vocare Pandoram; idest, omnibus dotibus, & Veneribus apprime cultam, & insertatam: de qua Hesiòdos in Theogon. Pandora (inquit) à Vulcano iussu Iovis fabricata, quam singuli Diis donis suis ornavunt. Pallas enim sapientie donum ei contulit, Venus formam. Apollo musices, Mercurius eloquentiam. Inde dida fuit Pandora, quasi omnium donum, vel omnium instrumentorum genere donata. Idem de Dico. & operib. à v. 70. Cui forme Pappia charitis tribuere decrevit. Quam Pallas cunctis artibus erudijt.

Primâ femina ab Ethnici diâ Pandora Hesiòd.

His donis ultrò dignata (sed inclusis felicitatibus in aurea pyxide, ut quasi sub clave haberet) nuptis Epimethæo: ac fracta lege stimulo curiositatis, infelix felicissima malis succubuit: igitur bona data fugitiva evanuerunt, vel in coelestia hinc avolarunt.

Martiali.

Gaudiat non remanent, sed fugitiva volant. Cecinit Valer. Martiâ lib. 1. Epigramm. 10. & Ovid. lib. 1. Metamorph. Fabul. 4.

Imò pulchra.

Vicia iacti pietas, & Virgo cæde madentes. Ultima coelestium terras Astra reliquit. Proliis irrupit vena peioris in ævum. Omne nefas: fugere pudor, verumque, fidesque, In quorum subire locum fraudesque, dolique, Infidæque, & vis, & amor sceleratus habendi.

Ovidi.

2 Haud Ægyptios iacit quomodolibet historia, quam videris apud Mercurium Trismegistrom in Pimandro: imò fuit involveris symbolorum expressa. Pandora mulier pyxidem in manu habens apertam (dicitur in Aadi. ad Hieroglyph. Pierij Valer. lib. 1. cap. 45.) adversam fortunam, generis obscuritatem, infelicitatem, paupertatem, aegritudinem, spei frustrationem, humanae sortis miseriam nobis adumbrat. Nam cum hæc virtutes omnes in pyxide inclusas teneret; eam, ut quid intus esset, videret, aperiens; omnes clavi passa est, malis retentis, & spe sola, quæ vasculi labro adhaere. Vide Nicolaum Caufimum Parabol. Histor. lib. 2. symbol. 3. & Origenem Contra Celsum lib. 4. Hinc illa milerijs obnoxia fuit de qua iure dici quibet:

Pier. Valer.

Caufio. Origeni.

Petron.

Hesiòd.

Pandora monstrum.

Orph.

— Clausum pascidat arca Iovom.  
— Tegum ab urna.  
Dum Pandora levat, totum exiliere per orbem.  
Curarum instæ effugies.

Instæ Hesiòdos ubi supra, & Horatius lib. 1. Carm. Od. 3. v. 30. Quare ex felice femina, undecunque primatum venillare, cum gratiâ, molitur horridum evasit, cum sese inueneret in speculo conscientie; & focia facta est Proserpina Inferorum domina. Ita pingit Orpheus:

Cum subito inferna per flammam sede seruntur,  
Crudelis nec visa lues, facinusque suspensam,  
Corpore sunt illi de duro immitia ferro,  
Pandoreque vocant.

3 Subest manus causa, & emicat cominus Mythologia. Ex Ægypto opes tollimus, siquidem Ethnicorum literas ad nostrâ fidei decus, & usum transferimus. Ut enim olim Hebræi (ait Augustinus lib. 2. de Doctrina Christi. & lib. 7. Confess. cap. 2. num. 4. & 5.) Tom. 1. Taut.

Augusti.